

Patrem, Filium & Spiritum Sanctum salutariter credamus.
Acquisitum vero, quatenus est notitia conclusionum ex principiis
Theologicis per discursum Syllogisticum deductorum, et ordine
vidae calico dispositarum, atq; animo impressarum diuturno
no labore et exercitio: Sic ut habitus Theologia in vere fidelibus
non simplex sit, sedque madmodum dictum, compositus, inclu-
dens fidem infusam et acquisitam revelatorum à DEO inferi-
pturâ. Exposui sententiam meam verbis, quibus potui, qui a vo-
luntate, et sensum Eundem nos habere existimo, certè ex peto, studio
habens servare unitatem Spiritus per vinculum pacis. Basilea die
1. Novembris Anno 1604.

41.

D. Amardo Polano D. Pareus S. à Domino Joh.
Valde me delectavit, frater honorande, erudita tua quaestio in da-
ta de Theologia infusâ & acquisitâ explicatio, quam iudico cum
meâ sententiâ se ipsâ convenire, & ides in adversaria mea retuli.
Ego ΠΡΑΚΤΙΚῶν, quae θεωρητικῶν debet includere, vocari infu-
sam: Tu in fidelibus agnovis partim infusam, partim acqui-
sitam. Eodem recidit. Neg enim το ΠΡΑΚΤΙΚῶν est nisi fidelium.
θεωρητικῶν autem dixi acquisitam vulgo, licet in summis audeat
quid εἶθεον. Ego me totum ad Jesuisticas controversias converte-
ram: Sed inter turbor à nostris, ut vel in vitis Lutheranicarum
attingere cogar certamina. Non est dubium, Pontificem per suos
quosdam antesignanos illorum mercede habere conductos, ad oleum
camino addendum: ut nostro disfidio ipse crescat, et facilius alios
per alios atterat. Hoc nolunt illi videre, quod est dolendum valde,
nec me cruciat parum. In nostrâ oppressione sibi victoriam polli-
centur miseri, cum eadem navi nobiscum navigent, pariter servan-
di aut perituri. Nesburgicus sparsit motivas XIX. cur
Aut herani

81

Lutherani cum Calvinistis simul stare cordia Pontificis non possunt
sint in causa Religionis. Polycarpus praefatione Catechetica ante
te biennium expresse thema definiuit: Etiam in politicis negotiis
Lutheranos potius cum Papistis stare debere, quam cum Cal-
vinistis, quia cum Papistis in pluribus, quam cum Calvinistis con-
sentiant. Quid putas hinc sperandum, et Germaniam tandem mane-
re: praesertim ita satagentibus et urgentibus causam suam apud
gustum Sclauis? Postrema ex causis illis XIX est, quia contra-
uersa inter nos sint, non ut putatur, de leuiculis rebus, sed de
pso fundamento, seu capitibus fundamentum concernentibus.
Fassus sum respondere et respondi ad omnia, ex quibus plurima
sunt politica, de Augustana confessione: de Schismate factis à
IV civitatibus: de pace Religionis: de gravaminibus Protestantium.
Sed postremum caput de controversiis circa fundamentum facile
est praecipuum. Jam propositio videtur dubio carere. Inter dissen-
tientes de fundamento non posse stare concordiam, vel inducias.
Assumptio $\kappa \rho \iota \nu \theta \epsilon \omega \nu$ est: Utrum tales sint nostrae controversiae
omnes vel aliqua. Scio rem esse longam et arduam, dividere
capita fundamenti ab aliis, ita, ut omnibus idem placeat.
Nam nec nostri forte omnes convenient, idque tanto minus,
quanto pauciores forte de hoc nervo scire cogitant. Abs teta-
men, cujus iudicium plurimum tibi, audire cupio, Vir cla-
rissime et frater honorande, tibi tantum verbis quid
fundamenti nomine nobis veniat, sex quae capita fidei funda-
mentalia vera esse censeat: An in fundamenti capitibus
verè dissidamus: an denique frustra laborari de concordia,
vel sensu, iudices. Non quod dubitem, sed quod confirmari tuo
iudicio cupiam in causa communi. Neque cum de fundamen-
tali consensu nostro cum Lutheranis loquor, pro mensura Luthe-
rana doctrina habeo scripta polemica Lutheri aut Heilbrunneri,
aut Brentij,

aut Brentij aut Nicolaita illius impudentissimi: Id Augustanam Confessionem et scripta Didactica Lutheri, Philippi, et similia candidè judicantium. Rem feceris mihi per gratam, & me ad tua etiam facies paratum. Bene vale. Heidelbergae post die Natalis Dominica. Anno 1604.

42.
J. Pareus J. Johanni Piscatori Salutem à Domino Jesu.
Non putavi periculam in mora esse, vir Clarissime, ideo scripturam hanc cum reliquis ejusmodi ad ferias nostras consultò distuli: maxime ob argumēti dexterarum. Neque enim delector talibus concertationibus: ac dolendum est graviter, sapē quærere nodos in se ipso, et quēmq; esse sui teracem propositi, quod semel placuit, ut nihil concedendum putet publicae paci, nec etiam pro adversariis haberi, qui in aliquo dissentiant, vel nos movent. Haec profectò est radix omnium turbarum, quib; Ecclesia hodie concutitur. Si sententiam pristinam regi tuis dixavobis, quod mihi officis, abjecissem, cognita sive errore, sive arogia, nihil ejus me juderet, sed non abjeci: et si commodè explicare, et ob Ecclesiae tranquillitatem omninò explicandam esse ex apostolo, in ejus interpretatione nunc versor, didici. Faveor enim me ex iis esse, qui docendo discere, discendo consensere cupiunt. Neque quæstionis impudationis nunquam præbavi, nec probo, quia in apostoli sententiis non invenio, nec etiam Gallicanâ confessione, qua tibi et nobis oblata fuit, continetur. Et merito etiam